



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XVIII. Item alio modo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

redibus nostris, vel quælibet persona, quæ contra has epistolas uno tenore conscriptas, quas inter nos fieri rogauimus, aliquid agere, vel refragare cohauerit, illud quod repetit non vindicet, Et insuper contra cui litem intulerit sol. tantos coætus exsoluat. Et hæ epistolæ contulitionis, cum stipulatione Aquiliana, nostris vel bonorum hominum manibus roboratæ, firmæ permaneant.

XVIII. ITEM ALIO MODO.

Igitur ego in Dei nomine ille, dulcissimæ coniugi meæ illi, dono tibi per hanc epistolam contulitionis, donatumque esse volo locellum rem proprietatis meæ nuncupantem illum, situm in pago illo, cum terris, ædificiis, accolabus, mäcipiis, libertis, vincis, syluis, pratis, pascuis, aquis, aquarumue decursi-

bus, mobilibus & immobilibus, cū omnibus appenditiis suis, vel omni supraposito, quicquid inibi præsen- ti tempore mea videtur esse posses- sio. Ea vero ratione, vt si tu mihi su- perstes fueris, vſu fructuario ordine, hæc omnia absque repetitione heredum meorum tenere & possi- dere debeas. Et post tuum quoque discessum, cum omni re meliorata, vel supraposito, ad legitimos filios nostros, qui ex nobis procreati fue- rint reuertantur. Similiter ego in Dei nomine illa dulcissimo iugali meo. *Loquitur supradictum textum.* Et illud inter nos inserere placuit, vt si fuerit vllus de heredibus nostris, vel quælibet persona quæ contra has duas contulitiones, vno tenore conscriptas, aliquid agere, vel refra- gare præsumpferit, illud quod repe- tit non vindicet, & insuper contra cui litem intulerit, sol. tantos com-

X iiij

ponat: & hæ contulitiones nostris,
vel bonorum hominum manibus
roboratæ, cum stipulatione subni-
xa firmæ permaneant.

XIX. LIBELLVS REPVDII.

Certis rebus & probatis causis,
inter maritum & vxorem re-
pudiandi locus patet. Idcirco quia
inter illum & coniugem suam illam
non caritas secundum Deum, sed
discordia regnat, & illorum nulla
est voluntas pariter conuersandi,
placuit utrisque voluntatibus, vt se
à consortio coniugali separare de-
berent: quod ita & fecerunt. Pro-
pterea has epistolas, uno tenore cō-
scriptas, inter se fieri & adfirmare
decreuerunt: Ut quicquid unus
quisque ex ipsis de semetipso face-
re voluerit, absque repetitione so-
cij sui, liberam habeat potestatem,
& nullam requisitionem neque